



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio CLVII. De elementia, & mansuetudine, quę sunt partes
temperantię.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

ira sit peior, quam incontinentis concupiscentia. Quanto enim difficilius est resistere passioni, tanto incontinentia videtur esse leuior. vnde Philosophus dicit 7. Ethic. * Non enim si quis a fortibus & super excellentibus delectationibus vincitur, vel tristitij est admirabile, sed condonabile: sed sicut Eraclytus dixit, difficilius est pugnare contra concupiscentiam, quam contra iram, ergo leuior est incontinentia concupiscentia, quam incontinentia ira.

¶ 2 Præ. Si passio propter suam vehementiam totaliter auferat iudicium rationis, omnino excusatur aliquis a peccato, sicut patet in eo qui incidit ex passione in furiam: sed plus remanet de iudicio rationis in eo qui est incontinentis ira, quam in eo qui est incontinentis concupiscentia. Iratus enim aliquando audit rationem, non autem concupiscentia, vt patet per Philosophum in 7. Ethic. * ergo incontinentis ira est peior, quam incontinentis concupiscentia.

¶ 3 Præ. Tanto aliquod peccatum est grauius, quanto est periculosius: sed incontinentia ira videtur esse periculosior, quia perducit hominem ad maius peccatum, scilicet ad homicidium, quod est grauius adulterium, ad quod perducit concupiscentia incontinentia, ergo incontinentia ira est grauior, quam incontinentia concupiscentia.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 7. Ethic. * quod minus turpis est incontinentia ira, quam incontinentia concupiscentia.

RESPON. Dicendum, quod peccatum incontinentia potest considerari dupliciter. Vno modo, ex parte passionis ex qua ratio superatur, & sic incontinentia concupiscentia turpior est, quam incontinentia ira: quia motus concupiscentia habet maiorem ordinationem, quam motus ire. Et hoc propter quatuor, que Philosophus tangit in 7. Ethic. * Primo quidem, quia motus ire participat aliquantulum rationem, in quantum scilicet iratus tendit ad vindicandum iniuriam sibi factam, quod aliquantulum ratio dicitur, sed non perfecte, quia non intendit debitum modum vindicæ: sed motus concupiscentie totaliter est secundum sensum, & nullo modo secundum rationem. Secundo, quia motus ire magis consequitur corporis complexionem propter velocitatem motus cholera, que tendit ad iram. Vnde magis est in promptu, quod ille qui est secundum

A complexionem corporis dispositus ad irascendum, irascitur, quam quod ille qui est dispositus ad concupiscendum, concupiscat. Vnde etiam frequentius ex iracundis nascuntur iracundi, quam ex concupiscentibus concupiscentes. Quod autem prouenit ex naturali corporis dispositione, reputatur magis venia dignum. Tercio, quia ira querit manifeste operari: sed concupiscentia querit latebras, & dolose subintrat. Quarto, quia concupiscentia delectabiliter operatur, sed iratus quasi quadam tristitia precedente coactus. Alio modo potest considerari peccatum incontinentie, quantum ad malum, in quo quis incidit a ratione discedens. Et sic incontinentia ire est vt plurimum grauior, quia ducit in ea, que pertinent ad proximi nocendum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod difficilius est assidue pugnare contra delectationem, quam contra iram, quia concupiscentia est magis consuetudinaria: sed ad horam difficilius est resistere ire propter eius impetum.

AD SECUNDUM dicendum, quod concupiscentia dicitur esse sine ratione, non quia totaliter auferat iudicium rationis, sed quia in nullo procedit secundum iudicium rationis, & ex hoc est turpior.

AD TERTIUM dicendum, quod ratio illa procedit ex parte eorum, in que incontinentis deducitur.

QVAESTIO CLVII.

De Clementia, & mansuetudine, in quatuor articulos diuisa.

PROXIMA considerandum est de Clementia, & Mansuetudine, & vitij oppositis.

CIRCA ipsas autem virtutes queruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum clementia, & mansuetudo sint idem.

¶ Secundo, Vtrum vtraque earum sit virtus.

E ¶ Tertio, Vtrum vtraque earum sit pars temperantie.

¶ Quarto, De comparatione earum ad alias virtutes.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum clementia, & mansuetudo sint penitus idem.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod clementia & mansuetudo sint penitus idem. Mansuetudo enim est moderatiua irarum, vt Philosophus dicit in

combrotat. In tertia vero ratione ne fallaris, respicies ad ea que sunt per accidens, puta, scandalum aliorum ex manifesta iniuria, & pures oppositum eius quod in litera dicitur. Sed aduerte, quod iudicando actus secundum se, iniuriam proximo dolose & occulte turpius est, quam iniuriam manifeste: quoniam hoc, scilicet manifeste agere ad quandam excellentiam spectat: latere autem ad quandam defectum. Ipsa enim latebra atretatur turpitudini operis iuxta Domini sententiam, Omnis qui male agit, odit lucem. Et per oppositum ipse modus agendi, scilicet manifeste, attestatur vere, vel apparenti rationi ex hoc ipso, quod lucem non refugit. Est ergo iuxta hanc tertiam rationem concupiscentia turpior, quam ira quo ad modum operandi per se loquendo. In quarta demum ratione aduerte, quod concupiscentia dicitur turpior, quia omnino voluntaria. Ira autem est in fine sit delectabilis, admissum tamen habet inuoluntarium principium, scilicet tristitiam ex paruitate receptione illarum. Et propterea quasi coactus dicitur.

¶ Super Questionis 157. Articulum primum.

IN articulo primo, questio. 157. dubium ex Martino occurrit, directe impugnantem in hoc articulo differentiam inter mansuetudinem, & clementiam in hoc, quod clementia circa diminutionem exterioris poenae, mansuetudo vero circa diminutionem passionis ira ponitur. Contra primo. Circa actum interiore, & exteriori sibi subordinatum, & ab eo imperatum non sunt ponenda duae virtutes: sed appetere uindictam, & inferre poenam, se habet sicut

Infr. arti. ad 2. Et 3. di. fin. 3. q. 5. artic. 3. q. 1. ad 2.

Secunda Secunda S. Thomae.

cut actus interior & exterior ab illo imperatus, quia efficaciter ap- petens vindictam, si potest inferre poenam, inferit. Maior probatur: quia actus interior & exterior eadem numero prudentia regulantur. Secundo, quia clementia omnino superflua: consequens est falsum, ergo. Probatur sequela: quia moderata plene ira, aut est moderata

* Lib. 4. cap. 5. tom. 5.

illatio poenae, aut nō. Si est moderata, ergo superflua clementia. Si non, dicitur vnum impossibile: quia illatio poenae in vltione iniuriae nunquam fit sine impulsu irae. Tertiō, quia sequeretur aliquem simul esse clementissimum, & similiter crudelissimum, & mansuetissimum, quae sunt impossibilia, nisi ponendo quod mansuetudo & clementia sint circa alias, & alias personas. Probatur sequela, ponendo hominē frequenter exercitatum in actibus illius virtutis, & alterius virij.

Lib. 2. cap. 3. circa princ.

* Li. 2. de inuentione in fo. 3. ante si dem libri.

In tertia regula que incipit, Ante omnia fratres Carissimi, tom. 2.

Ad huius euidenciam questionis scito quod auctor est male intellectus ab istis. Intendit siquidē auctor quod clementia, & mansuetudo habent diuersas materias proprias, sicut iustitia & liberalitas, & non quod vna sit circa actum interiorē imperantem, & alia circa actum exteriorē imperatū. Hoc enim ridiculum est per se loquēdo. Sed quia contingit mansuetudinem & clementiam cōiungi in vno numero effectū, puta diminutione exterioris poenae, cum quis ex animi lenitate, & ex irae moderatione ad diminutionem poenae tendit, sicut contingit iustitiam & liberalitatem cōiungi in hoc vno effectū. q. est nō furari, dū quis & ex amore alieni boni, & ex moderata cupiditate pecuniae, furtū declinat: ideo auctor simul tractat de his virtutibus, breuitatis causa declarauit simul eartum concursum in vnum effectum, & diuersitatem materiarum, in hoc quidem articulo inchoauit, in sequētibz perfectē, vt in ar. 3. patet. Sunt ergo per se loquēdo, materia clementiae & mansuetudinis disparatae, sicut iustitiae & liberalitatis, & non sunt subordinatae, nisi quando per accidens concurrunt. Clemens enim est qui ex lenitate animi penas legales mitigat infra iustitiae latitudinem, ubi patet quod nullus de ira est sermo: mansuetus autē est mediū in ira tenens, & consequenter sic iudicans. Vbi patet quod nulla est subordinatio, aut imperij & im-

Postea arg. a. huius ar.

Lib. 2. cap. 3. tom. 5.

4. Ethic. * Ira autem est appetitus vindictae. Cū ergo clementia sit lenitas superioris aduersus inferiorem in constituendis poenis, vt Seneca dicit in secundo de clementia, & per poenas autem fit vindicta, videtur, quod clementia & mansuetudo sint idem.

¶ 2 Præt. Tullius dicit in secundo rethor. * quod clementia est virtus, per quam animus concitatus in odium alicuius, benignitate retinetur, & sic videtur quod clementia sit moderatiua odij: sed odium, vt August. ¶ dicit, causatur ab ira, circa quam est mansuetudo, ergo videtur quod mansuetudo & clementia sint idem.

¶ 3 Præt. Idem vitium non contrariatur diuersis virtutibus: sed idē vitium opponitur mansuetudini & clementiae, scilicet crudelitas. ergo videtur quod mansuetudo & clementia sint penitus idem.

SED CONTRA est, quod secundum praedictam definitionem Senecae, * Clementia est lenitas superioris aduersus inferiorē: mansuetudo autē nō solum est superioris ad inferiorē, sed cuiuslibet ad quemlibet. ergo mansuetudo & clementia nō sunt penitus idem.

REPON. Dicendum, quod sic dicitur in 2. Ethic. * virtus moralis consistit circa passiones & actiones. Passiones autē interiores sunt exteriorum actionū principia, aut etiam impedimenta: & ideo virtutes quae moderant passiones, quodammodo concurrunt in eundē effectum cum virtutibus quae moderantur actiones, licet specie differant. Sicut ad iustitiā proprie pertinet cohibere hominē a furto, ad quod aliquis inclinatur per inordinatum amorē, vel concupiscentiā pecuniae, quae moderatur per liberalitatem: & ideo liberalitas concurrat cum iustitia in suo effectū, qui est abstinere a furto: & hoc etiam considerandum est in proposito. Nam ex passione irae prouocatur aliquis ad hoc, quod grauiorem inferat poenā. Ad clementiam autē pertinet directe, quod sit diminutiua poenarum, quod quidem impediri posset per excessum

parati conuictio, sed solum quoniam conuictio. ¶ Ad primam ergo obiectionem dicitur, quod actibus imperantibus & imperato per se videtur virtute, & vera est maior, sed minor est illatio poenae vt respiciatur a clementia

ira. Et ideo mansuetudo, in quantum refractat impetum irae, concurrat in eundem effectum cum clementia. Differunt tamen ad inuicem, in quantum clementia est moderatiua exterioris punitionis mansuetudo autem proprie dicitur nūc passionem irae.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod mansuetudo proprie respicit ipsam vindictam appetitum: sed clementia respicit ipsas poenas, quae exteriori adhibentur ad vindictam.

AD SECUNDUM dicendum, quod affectus hominis inclinatur ad minorationem eorum, quae homini ipse nō placet. Ex hoc autē quod aliquis amat aliquē, prouenit quod non placet ei per se poena eius, sed solum in ordine ad alium, puta ad iustitiā, vel ad correctionē eius qui punitur. Et ideo ex amore prouenit, quod aliquis sit promissus ad clementiam, & ex odio impeditur talis diminutio. Et propter hoc Tullius dicit, * quod animus concitatus in odium, scilicet ad grauius puniendum, per clementiam retinetur, ne scilicet acriorum poenam inferat, non quod clementia sit directe odij moderatiua, sed poenae.

AD TERTIUM dicendum, quod mansuetudini, & ex odio impeditur talis diminutio. Et propter hoc Tullius dicit, * quod animus concitatus in odium, scilicet ad grauius puniendum, per clementiam retinetur, ne scilicet acriorum poenam inferat, non quod clementia sit directe odij moderatiua, sed poenae.

AD TERTIUM dicendum, quod mansuetudini, & ex odio impeditur talis diminutio. Et propter hoc Tullius dicit, * quod animus concitatus in odium, scilicet ad grauius puniendum, per clementiam retinetur, ne scilicet acriorum poenam inferat, non quod clementia sit directe odij moderatiua, sed poenae.

ARTICVLVS II.

Vtrum tam clementia, quam mansuetudo sit virtus.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod neque clementia, neque mansuetudo sit virtus. Nulla enim virtus alteri virtuti opponitur: sed vtraque videtur

litis vitium in materia ista esse facilius hoc humani animi limites exis, & ad beatitudinem. ¶ Super Quae sitiois cent sima quae sitiois sitiois.

¶ In art. 2. eiusdem q. dubium occurrit circa pro quanto redditur ratio ibi, quae sitiois sitiois.

sunt circa idem. Videtur enim hoc esse falsum, quoniam vtraque est circa punitiones, sed securitas inflexibiliter, clementia flexibiliter. Male ergo dicitur, quod non sunt circa idem.

¶ Ad hoc dicitur, quod licet securitas, & clementia sint circa idem remota, non tamen sicut circa idem proxime quoniam clementia directe est circa

opponi severitati, quae est quaedam virtus, ergo neque clementia, neque mansuetudo est virtus.

¶ 2 Præ. Virtus corrumpitur per superfluum & diminutum: sed tam clementia, quam mansuetudo in quadam diminutione consistunt, nam clementia est diminutiva poenarum, mansuetudo autem est diminutiva iræ, ergo neque clementia, neque mansuetudo est virtus.

¶ 3 Præ. Mansuetudo, siue mititas ponitur Matth. 5. inter beatitudines, & inter fructus ad Galat. 5. sed virtutes differunt & a beatitudinibus, & a fructibus, ergo non continentur sub virtute.

SED CONTRA est, quod dicit Seneca in 2. de clementia. * Clementiam & mansuetudinem omnes viri boni præstant: sed virtus est proprie quae pertinet ad bonos viros. Nam virtus est quae bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit, ut dicitur 2. * Ethicor. ergo clementia & mansuetudo sunt virtutes.

RESPOND. dicendum quod ratio virtutis moralis consistit in hoc, quod appetitus rationi subdatur, ut patet per Philosophum in 1. Ethic. * Hoc autem servatur tam in clementia, quam in mansuetudine. Nam clementia in diminuendo poenas aspicit ad rationem, ut Seneca dicit in secundo de clementia. * Similiter etiam mansuetudo secundum rationem rectam moderatur iras, ut dicitur in 4. Ethic. ¶ Unde manifestum est, quod tam clementia quam mansuetudo est virtus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod mansuetudo non directe opponitur severitati. Nam mansuetudo est circa iras, severitas autem attenditur circa exteriorem inflictionem poenarum: unde secundum hoc videretur magis opponi clementiam, quae etiam circa exteriorem punitionem consideratur, ut dictum est: non tamen opponitur, eo quod vtraque est secundum rationem rectam. Nam severitas inflexibilis est circa inflictionem poenarum, quoniam hoc recta ratio requirit. Clementia autem diminutiva est poenarum etiam secundum rationem rectam, quando scilicet oportet, & in quibus oportet: & ideo non sunt opposita, quia non sunt circa idem.

AD II. dicendum, quod secundum philosophum in 4. Ethic. * habitus qui medium tenet in ira, est innominatus. Et ideo virtus nominatur a diminutione irae, quae significatur nomine mansuetudinis, eo quod virtus propinquior est diminutioni, quam superabundantiae propter hoc, quod naturalius est homini appetere vindictam iniuriarum illatarum, quam ab hoc deficere, quia vix alicui nimis parua videntur iniurie sibi illatae, ut dicit Salustius. * Clementia autem est diminutiva poenarum, non quidem in respectu ad id, quod est secundum rationem rectam, sed in respectu ad id quod est secundum legem communem, quam respicit iustitia legalis. Sed propter aliqua particularia considerata, clementia diminuit poenas, quasi decernens hominem non esse magis puniendum. Unde dicit Seneca in 2. de Clementia. * Clementia hoc primum præstat, ut quos dimittit, nihil aliud illos pati debuisse pronuntiat: venia verò, debita poenae remissio est. Ex quo patet quod clementia comparatur ad severitatem, sicut episcopia ad iustitiam legalem, cuius pars est severitas quantum ad inflictionem poenarum secundum legem: differt tamen clementia ab episcopia, ut infra dicitur. *

AD III. dicendum, quod beatitudines sunt actus virtutum, fructus autem sunt delectationes de actibus virtutum. Et ideo nihil prohibet mansuetudinem poni & virtutem, & beatitudinem, & fructum.

ARTICVLVS III.

Vtrum predictae virtutes sint partes temperantiae.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod predictae virtutes non sint partes temperantiae. Clementia enim est diminutiva poenarum, ut dictum est. * Hoc autem philosophus in 5. Ethicor. ¶ attribuit episcopiae, quae pertinet ad iustitiam, ut supra habitum est. * Ergo videtur quod clementia non sit pars temperantiae.

¶ 2 Præ. Temperantia est circa concupiscentias: mansuetudo autem & clementia non respiciunt concupiscentias, sed magis iram, & vindictam. non ergo debent poni partes temperantiae.

videtur manifestum est, ideo non sunt opposita. Et hoc est quod in litera explicatur, ut patet in uenti.

¶ In eodem articulo in responsione ad secundum nota duo. Primo, quod licet virtus sit perfectio quaedam naturalis inclinationis, quae est secundum rationem, nomina tamen virtutum inuenimus pluries imposita a contrariis ad naturales inclinationes, propterea quia talibus naturalibus inclinationibus communiter abutimur. Et propterea sonant quid vitiosum, ut patet de temperantia, quae a temperamento naturalis concupiscentiae ad secundum tactum delectabilia dicta est. Et simile quid accidit in proposito. Nam sicut concupiscentia carnalis sonat quid malum, quamuis sit naturalis: ita iram malum sonat, quamuis naturalis. Et propterea virtus a defectu irae nomen accipit, non quia virtus contra naturam sit inclinationem, sed propter rationem dictam. Nota secundum differentiam inter clementiam, & veniam, quod clementia non est remissio poenae debita, sed est diminuendo reduciua ad debitam secundum aequitatem, ut in litera patet ex Seneca. Venia autem est donatiua poenae debita, ita quod nec iustitia communis, nec aequitas excusatur, quin poena sit debita.

¶ Super Questionis centesima quinquagesima septima Aristotelium tertium.

In art. 3. eiusdem quod 157. dubium ex Marino occurrit in quaest. 2. de mansuetudine, arguente contra autorem in hoc, quod mansuetudo ponitur virtus adiuncta temperantiae, tunc primo,

lib. 4. cap. 5. com. 5.

In contritione Cati-line in c. eu-rius scitu. us est Celsus oratio, ante medium.

lib. 2. circa 2. sine illius.

Art. 2. sequēti ad 1. arg.

Supra q. 142 cor. & ad 2. Et infra q. 6. 161. 2. 4. cor. Et 2. dist. 44. q. 2. ar. 2. ad 3. Et 3. dist. 32. q. 3. ar. 2. Art. 1. & 2. p. reced. * lib. 5. c. 10. * Q. 120. ar. 1. 2.

primo, quia haec opinio potest reprobari ex multis superius dictis: Tum secundo, quia per eandem rationem sequeretur omnem virtutem esse adiunctam temperantiae, quia omnis virtus habet actum refrigerandi passionem circa aliquam materiam. Liberalitas enim refrenat cupiditatem pecuniae: fortitudo passionem timoris & audaciae: iustitia, refrigerat omnem passionem, ne per ea ad alterius praesumptum iniuriam. Tum tertio, quia ira non est materia secundaria respectu concupiscentiae tactus, sed sunt materiae totaliter disparatae, nec ad se invicem ordinatae. Tum quarto, auctoritate Aristotelis, qui non solum mansuetudinem a temperantia distinguit, sed nec alteri alteri in determinando coniungit: quod fecisset, si vna eorum esset alteri adiuncta.

¶ Ad hoc dicitur, quod rationabiliter mansuetudo adiuncta est temperantiae ratione modi, quia scilicet consistit in refranando, ut in littera dicitur: & ad superius obiecta superius est responsum.

¶ Ad secundum negatur sequela, quia adiunctio virtutis ad virtutem, ut partis potentialis ad totum potentiale, non attenditur penes modum cuiuscumque actus secundarii, sed penes modum actus principalis. Et quia non omnis virtutis actus principalis consistit in refranando, ideo non omnis virtus adiungitur temperantiae. Liberalitas enim actus principalis non in refranando, sed in emittendo consistit & fortitudinis actus principalis non in refranando, sed in firmando consistit iustitiae actus principalis in reddendo alteri suum consistit.

¶ Ad tertium dicitur, quod ira est materia secundaria respectu concupiscentiae carnalis, ut videtur: habet rationem refranabilis: quoniam difficilior est moderatio concupiscentiae, in qua est continua pugna & rara victoria, ut superius dictum est. Unde licet ira non subordinetur absolute concupiscentiae carnali, in quantum tamen temperabilis, subordinatur sibi ut minus principalis principali. Et propterea mansuetudo adiungitur temperantiae ut virtus secundaria principali.

¶ Ad quartum dicitur, quod manifeste patet. Aristoteles ordinem non exegisse, ut simul cum virtute principali tractaret de adiuncta, quoniam alio processit ordine, primo tractans de virtutibus circa passiones ad conversationem humanae vitae, scilicet fortitudine, & temperantia: deinde de aliis ad secundaria bona & mala spectantibus, & post de iustitia, quae circa operationes ad alterum est, & demum de prudentia, ut patet in processu librorum Ethicorum.

¶ In responsione ad primum eiusdem tertii articuli, dubium ex Martino occurrit ibidem contra auctorem in hac solutione arguente dicendo, Hec solutio non placet mihi, tum quia non solum de mansuetudine, quae est etiam moderatio poenarum, & non solum irarum: tum quia clementia non solum facit hominem non vii potestate sua, sed etiam non abuti illa, cum opponatur crudelitati abutenti potestate.

¶ Ad primum horum dicitur, quod mirum est de isto homine

¶ 3 Præterea Seneca dicit in 2. de Clementia. Cui voluptati seuitia est, possumus infaniam vocare: hoc autem opponitur clementiae & mansuetudini. Cum ergo infania opponatur prudentiae, videtur quod clementia & mansuetudo sint partes prudentiae magis quam temperantiae.

Sed contra est, quod Seneca dicit in 2. de Clementia, quod clementia est temperantia animi in potestate vlciscendi. Tullius tamen ponit clementiam partem temperantiae.

Respondendum, quod partes assignantur virtutibus principalibus, secundum quod imitantur ipsas in aliquibus materijs secundarijs, quantum ad modum, ex quo principaliter dependet laus virtutis, unde & nomen accipit, sicut modus & nomen iustitiae in quadam aequalitate consistit; fortitudinis autem in quadam firmitate: temperantiae autem in quadam refranatione, in quantum scilicet refranatur concupiscentias vehementissimas delectationis tactus. Clementia autem & mansuetudo similiter in quadam refranatione consistunt, quia scilicet clementia est diminutio poenarum, mansuetudo vero est mitigatio ira, ut ex dictis patet. Et ideo tam clementia quam mansuetudo adiunguntur temperantiae sicut virtuti principali: & secundum hoc ponuntur partes temperantiae.

Ad primum ergo dicendum, quod in diminutione poenarum sunt consideranda duo, quorum

primo dilponitur per clementiam, licet crudelitatem: quoniam lenitas ad concupiscentiam interior clementia est, non est lenitas ad concupiscentiam discurrunt, sed est lenitas voluntatis, ut patet in littera infirmatur in responsione ad tertium quod affectus humanus, quem sequitur clementiam, quod talis amicitia imperfecta potestatis: nam vii est actus voluntatis, ut patet in hoc, quod clementia dicitur de poenarum malum diminuendum. Nulla autem potestatis motus est directe ad alterius bonum, vel proprium bonum consequendum, vel ad proprium malum vitandum, sed potestatis motus directe ordinantur, in cuius respectu potestatis inter virtutes circa passiones, non virtutes circa passiones, quod ille solum propter bonum habent potestatem. Nec obstat quod superius dicitur bonum alterius. Quae clementia, cum distinguendo partes temperantiae, dicitur animi est ire, quem refranatur mansuetudo, nam quod ibi in distinctum reliquit, hoc ad clementiam a mansuetudine dicitur refranatur, clementia autem non refrenatur.

exigente a responsione vnius argumenti de solutionem alterius de mansuetudine, quod mansuetudinis anchor non fecit. quia mansuetudo inter circa iram, & propterea non habet distinctionem cum epicia, hoc est, sequitur circa iram vnum est, quod diminutio poenarum fiat secundum intentionem legislatoris, licet non secundum verba legis: & secundum hoc pertinet ad epiciam. Aliud autem est quaedam moderatio affectus, ut homo non vitetur sua potestate in inflictione poenarum: & hoc proprie pertinet ad clementiam. Propter quod Seneca dicit, quod clementia est temperantia animi in potestate vlciscendi. Et hec quidem moderatio animi provenit ex quadam dulcedine affectus, quae quis abhorret omnem illud, quod potest alium contristare. Et ideo dicit Seneca, quod clementia est quadam lenitas animi: nam econuerso austeritas animi videtur esse in eo, quoniam venetur alios contristare.

Ad 2. dicendum, quod ad virtutem virtuti secundarii ad principales magis attenditur secundum modum virtutis, qui est quasi forma eius, quam secundum materiam. Mansuetudo autem & clementia conveniunt cum temperantia in modo, ut dictum est, licet non conveniant in materia.

Ad 3. dicendum, quod infania dicitur per corruptionem familiaris. Sicut autem fanitas corporalis corrumpitur per hoc quod corpus recedit a debita complexione humanae speciei, ita etiam infania secundum animam accipitur per hoc, quod anima humana recedit a debita dispositione humanae speciei. Quod quidem contingit & secundum rationem, puta cum

docuit investigando subiectum clementiae. Sed primo dilponitur per clementiam, licet crudelitatem: quoniam lenitas ad concupiscentiam interior clementia est, non est lenitas ad concupiscentiam discurrunt, sed est lenitas voluntatis, ut patet in littera infirmatur in responsione ad tertium quod affectus humanus, quem sequitur clementiam, quod talis amicitia imperfecta potestatis: nam vii est actus voluntatis, ut patet in hoc, quod clementia dicitur de poenarum malum diminuendum. Nulla autem potestatis motus est directe ad alterius bonum, vel proprium bonum consequendum, vel ad proprium malum vitandum, sed potestatis motus directe ordinantur, in cuius respectu potestatis inter virtutes circa passiones, non virtutes circa passiones, quod ille solum propter bonum habent potestatem. Nec obstat quod superius dicitur bonum alterius. Quae clementia, cum distinguendo partes temperantiae, dicitur animi est ire, quem refranatur mansuetudo, nam quod ibi in distinctum reliquit, hoc ad clementiam a mansuetudine dicitur refranatur, clementia autem non refrenatur.

¶ li. 3. ca. 4. circa medium

¶ lib. 3. ca. 1. circa principium. lib. 3. de inventionem in fol. 3. ante finem libri.

¶ Art. 1. & 2.

aliquis vltim rationis amittit: & quantum ad vim appetituum, puta, cum aliquis amittit affectum humanum, secundum quod homo est naturaliter omni homini amicus, vt dicitur in 8. Ethico. * Infamia autem quae excludit vltim rationis, opponitur prudentiae. Sed quod aliquis delectetur in poenis hominum, dicitur esse infamia: quia per hoc videtur homo priuatus a fectum humano, quem sequitur clementia.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum clementia, & mansuetudo sint potissima virtutes.

IN arti. 4. eiusdem quod. 157. in response ad tertium, nota auream doctrinam ad discernendum, quia quis virtute vitatur, cum mala proximi tollit rationabiliter. Nam si ex reuerentia ad patres &c. hoc facit, non clementia sed pietas vitatur, estis confanguineis minuit poenam propter communionem sanguinis. Sed si ex animi lenitate ad proximum, non pietate, sed clementia vitatur, & sic ut alius, scilicet misericordia, & mansuetudine, intellige, & eorum oppositis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod clementia & mansuetudo sint potissimae virtutes. Laus enim virtutis consistit praecipue in hoc, quod ordinat hominem ad beatitudinem, quae in Dei cognitione consistit: mansuetudo maxime ordinat hominem ad Dei cognitionem. dicitur in lac. 1. In mansuetudine suscipite in situ verbum, & Eccle. 5. Esto mansuetus ad audiendum verbum Dei. & Dionysius dicit in epistola ad Demophilum, Moysen propter multam mansuetudinem Dei apparitione dignum habitum. ergo mansuetudo est potissima virtutum.

¶ 2. Praeterea. Tanta virtus aliqua videtur esse potior, quanto magis accepta a Deo & ab hominibus: sed mansuetudo maxime videtur acceptari a Deo, dicitur in Eccl. 1. quod beneplacitum est Deo fides & mansuetudo. Vnde & specialiter ad suam mansuetudinis imitationem Christus nos inuitat, dicens. Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. & Hilarius dicit quod per mansuetudinem mentis nostrae habitat Christus in nobis. Est etiam hominibus acceptissima, vnde dicitur in Eccl. 3. Filii, in mansuetudine perfice opera tua, & super hominum gloriam diligenter: propter quod & Proverbia 20. dicitur, quod clementia thronus regis roboratur. ergo mansuetudo & clementia sunt potissimae virtutes.

¶ 3. Praeterea. Augustinus dicit in libro de sermone Domini in monte, quod mitis sunt qui cedunt improbitatibus, & non resistunt in malo, sed vincunt in bono malo: hoc autem videtur pertinere ad misericordiam, vel pietatem, quae videtur esse potissima virtutum, quia super illud prima ad Timotheum. 4. Pietas ad omnia utilis est, dicit glossa Ambrosii. * quod omnis summa religionis christianae in pietate consistit. ergo mansuetudo & clementia sunt maximae virtutes.

SED CONTRA est, quia non ponuntur virtutes principales, sed adiunguntur alteri virtuti quasi principaliori.

RESPOND. Dicendum, quod nihil prohibet aliquas virtutes non esse potissimas simpliciter, nec quo ad omnia, sed fm quid, & in aliquo genere. Non autem est possibile quod clementia & mansuetudo sint potissimae virtutes simpliciter: quia laus earum attenditur in hoc, quod retrahunt a malo, in quantum, sed minuunt iram, vel poenam. Perfectius autem est consequi bonum, quam carere malo. Et ideo virtutes simpliciter ordinant in bonum, sicut fides, spes, caritas, & etiam prudentia, & iustitia, sunt simpliciter maiores virtutes, quam clementia & mansuetudo. Sed secundum quid nihil pro-

hibet clementiam & mansuetudinem habere quandam excellentiam inter virtutes, quae resistunt affectionibus prauis. Nam ira quam mitigat mansuetudo, propter suum impetum maxime impedit animum hominis ne libere iudicet veritatem: & propter hoc mansuetudo maxime facit hominem esse compotem sui. Vnde dicitur in Eccle. 10. Filii, in mansuetudine serua animam tuam. Quamuis concupiscentiae delectationem tactus sint turpiores, & magis continue infestent: propter quod temperantia magis ponitur virtus principalis, vt ex dictis patet. * Clementia vero in hoc quod diminuit poenas, maxime videtur accedere ad charitatem, quae est potissima virtutum, per quam bona operamur ad proximos, & eorum mala impedimus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod mansuetudo praeparat hominem ad Dei cognitionem remouendo impedimentum: & hoc dupliciter. Primo quidem, faciendo hominem compotem sui per diminutionem irae, vt dictum est. * Alio modo, quia ad mansuetudinem pertinet, quod homo non contradicat verbi veritatis, quod plerumque aliqui faciunt ex commotione irae. Et ideo Augustinus dicit in 2. de doctrina christiana, * quod mitemere est non contradicere diuinae scripturae siue intellecte, si aliqua vitia nostra percutit, siue non intellecte, quasi nos melius & verius sapere & percipere possemus.

AD II. dicendum, quod mansuetudo, & clementia reddunt hominem Deo, & hominibus acceptum secundum quod concurrunt in eundem effectum cum charitate, quae est maxima virtutum, scilicet in subtrahendo mala proximorum.

AD III. dicendum, quod misericordia, & pietas conueniunt quidem cum mansuetudine & clementia, in quantum concurrunt in eundem effectum, qui est prohibere mala proximorum. Differunt tamen quantum ad motum: nam pietas remouet mala proximorum ex reuerentia quam habet ad aliquem superiorem, puta, Deum, vel parentem. Misericordia vero remouet mala proximorum ex hoc, quod in eis aliquis contristatur in quantum est amicum, cas ad se pertinere, vt supra dictum est. * quod prouenit ex amicitia, quae facit amicos de eiusdem gaudere, & tristari. Mansuetudo autem hoc facit, in quantum remouet iram incitantem ad vindictam. Clementia vero hoc facit ex animi lenitate, in quantum iudicatur esse aequum, vt aliquis non amplius puniatur.

QVAESTIO CLVII.

De Ira, in octo articulos diuisa.

PROXIMA considerandum est de vitijs oppositis.

¶ Et primo de iracundia, quae opponitur mansuetudini. Secundo, de crudelitate, quae opponitur clementiae.

CIRCA iracundiam quaruntur octo.

- ¶** Primo, vtrum irasci possit esse aliquando licitum.
- ¶** Secundo, Vtrum ira sit peccatum.
- ¶** Tertio, Vtrum sit peccatum mortale.
- ¶** Quarto, Vtrum sit grauissimum peccatorum.
- ¶** Quinto, De speciebus irae.
- ¶** Sexto, Vtrum ira sit vitium capitale.
- ¶** Septimo, Quae sint filiae eius.
- ¶** Octauo, Vtrum habeat vitium oppositum.

Super Quaestione centesima quinquagesima octa, articulo primo.

IN arti. 1. q. 158. aduerte, quod motus passionis irae non ministrat voluntati & rationi recte in actu consilii, iudicii, praeccepti, aut electionis: quoniam quodlibet horum praecedere naturaliter debet irae motum, & irae turbatio his actibus non coferat: sed ministrat irae motus actui executionis eius quod electum, praecceptum iudicatum, consultumque est: eo quod inuat ipsam executionem, vt ipse ad hoc ministerium ordinata. Melius, n. fit